DANIELIS WILH. TRILLERI

HESYCHIANARVM EMENDATIONVM

SPECIMEN NOVVM,

SIVE

APPENDIX OBSERVATIONVM CRITICARVM,

AD

VIRVM SVMME REVERENDVM ATQVE CELEBERRIMVM

JOANNEM ALBERTI,

LEXICI HESYCHIANI

EDITOREM ET RESTITVTOREM DIGNISSIMVM,

THEOLOGVM ATQVE PHILOLOGVM APVD BATAVOS PRÆSTANTISSIMVM.

FRANCOFVRTI AD MOENUM,
APVD FRANCISCVM VARRENTRAPP.
M DCCXXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO SVMME REVERENDO
ATQVE CELEBERRIMO,

JOANNI ALBERTI,

S. D. P.

DANIEL WILHELMVS TRILLERVS.

SUpervacuum omnino, immo forſan etiam temerarium videri quibusdam poterat, poſt egregias Tuas curas & præclara Specimina, in emendando Heſychii Lexico depravatiſſimo aliquid adhuc moliri, & Iliada quaſi poſt Homerum ſcribere, ut vulgo dicitur.

Interim jacta ſemel eſt a nobis alea in Obſervationibus noſtris criticis nuper admodum publici juris factis, in quibus quippe perquam multis Heſychianis locis obſcuris aut lux illata, aut luxatis & graviter affectis medicina facta fuit, nunc bene, nunc male, quemadmodum in ejusmodi argumentis conjecturalibus fieri plerumque aſſolet.

Igitur profecto non erat, quod ſic ſemel quaſi poſito pudore, nunc demum nos depuderet, poſt uberrimam meſſem hoc tenue ſpicilegium ſubmittere novasque Emendationes præmiſſis jam adjicere, inprimis quum earum plerasque, niſi fallimur, ita comparatas eſſe arbitremur, ut ſi non prorſus veræ, vero tamen proximæ eſſe videantur.

Sedulo autem id a nobis ubique cautum fuit, ne quid a nobis diceretur, quod ab aliis jam dictum eſſet, qui in hac Palæſtra critica cum laude olim deſudaſſent.

Hinc præter variorum Notas Heſychio Schreveliano per ſingulas paginas ſubjectas, ea ſemper diligentiſſime inſpexi-

ſpeximus, quæ Præceptor quondam Tuus æternæ famæ, Lambertus Bos, & in Obſervationibus Miſcellaneis, & in Animadverſionibus ad Scriptores quosdam Græcos, item B. Wolfius in Anecdotis Græcis, nec non Cl. Arnaldus in Lectionibus Græcis, ut & ill. Rich. Bentlejus in doctiſſima Epiſtola Crit. ad celeb. Millium, quibus omnibus egregium Tuum Periculum criticum primo loco ponendum accedit, acri nonminus ſtudio, quam fauſto ſucceſſu, ad emaculandum Heſychium olim præclare contulerunt.

Præſtantiſſimi autem Küſteri Specimen Emendationum Heſychianarum ad manus nobis non fuit, nec alios, ſi qui forſan ſint, præter jam laudatos, vidimus, qui ad Augiæ hoc ſtabulum expurgandum, quale nunc re vera eſt per injuriam temporum & incuriam librariorum, hoc Heſychianum Gloſſarium, operam ſuam haud fruſtra conſumſerunt.

Nemo igitur, moneo, infamem mihi plagii dicam ſcribat, ſi quid me plane inſcio & inexperto, ab aliis forte jam monitum aut obſervatum fuerit, quoniam profecto unius hominis non eſt,

omnes libros, diſſertationes aut ſchediaſmata noſſe, multo minus illius, qui his amœnioribus litteris, non ſecus, ac graviorum ſeveriorumque ſtudiorum condimento, uti per otium conſuevit, quod de me norunt, quicunque me norunt. Sed de his hactenus, plura enim referre piget, nec exiguum Libellum ingenti præfatione onerare decet.

Tibi autem ſoli Vir Celeberrime, has noſtras conjectationes lubentes meritoque ſubmittimus, id unice etiam atque etiam rogantes, ut, ubi forſan emendationis negotium nobis proſpere ceſſerit, plauſum nobis des; ubi vero minus, veniam, quod a Tua humanitate & candore nos facile impetraturos fore magnopere confidimus. Ita Vale Viveque in litterarum ſacrarum æque ac profanarum decus & emolumentum quam diutiſſime, quam jucundiſſime, noſtrisque conatibus favere perge. Scribebam Francofurti ad Mœnum, Kal. Novembr. CIƆ IƆ CCXLI.

HESYCHIANARVM
EMENDATIONVM
NOVUM SPECIMEN.

HEſych. pag. 32. Ἀθήλως, ἄπνευςος, ὁ γάλακτος, ἄγευςος]. Legendum videtur: Ἄθηλος, ἀγάλακτος, ἄγευςος, vel ſublato commate, ὁ γάλακτος ἄγευςος. Ἄθηλος autem pro Ἀθήλως, legendum eſſe, recte jam vidit Sopingius.

Pag. 55. Ἀκρωτερήσαι vel rectius Ἀκρωτηριάσαι, κόψαι, ἢ ἀχρειῶσαι.] Licet hoc poſtremum verbum aliquo modo ferri poſſit: Malim tamen diviſim legere: ἄκρα κέρσαι, *ſumma demetere*, *ſummitates detondere*, ſenſu perſpicuo: id enim eſt ἀκρωτηριάσαι.

Pag. 57. Ἀλάβη, καρκίνος Κυπρίων.] Sat multa quidem de hoc loco jam dicta nobis ſunt in obſervationibus noſtris, pag. 471. tandemque κάμινος καὶ πυρεῖον, legendum eſſe conjecimus; cujus quidem conjecturæ nos nondum pœnitet. Interim tamen quum mitior medicina ſemper ſit tutior, nihil forte in voce Καρκίνος movendum videtur. Καρκίνος enim interdum idem eſt ac πυράγρα, ſive *curva forceps* & *inſtrumentum focarium*, ipſe Noſter

infra ſuo loco : Πυράγρα, Καρκῖνος, πυράγρη ἢ πυράγρα, χαλκευτικὸν ἐργαλεῖον, καρκίνος, vid. & ſupra in Καρκῖνος, & quæ ibi docte in Notis a diverſis doctis viris monentur. Item in Πάγκρος, & in θερμαςρὶς, ſeu θερμαυςρὶς. Legendum ergo forte in hoc noſtro loco ſimpliciſſime: Καρκῖνος καὶ πυρεῖον, ita ut omnia ad Inſtrumentum culinarium pertineant. Ceterum vox καρκῖνος hoc ſenſu aliquoties legitur apud Philonem Judæum.

Pag. 101. Ἀνεςάλησαν, ἐκρύβησαν.] Legendum hic in Obſervat. pag. 390. conjeci, ἐκροίβδησαν, nempe pro ἐξερροίβδησαν, ut ſcilicet dici ἀρχαϊκῶς ſolet, ἔκφυγε, pro ἐξέφυγε, apud Heſiodum in Theogonia, & ἔκθορεν, pro ἐξέθορεν, ut infra obſervat ipſe noſter Heſychius, ita & ἐκφώνησε, pro ἐξεφώνησε, ut alia innumera in hunc modum flexa jam taceam ex Homero quippe ceteriſque poetis antiquis cuivis notiſſima. Sed & legi poſſet ἐῤῥοίβδησαν, à verbo ſimplici, vel etiam ἐθορύβησαν, quia præceſſit, ἀνεςάλη, ἐσείσθη, μετεκλονήθη. Sed deliberandum adhuc hic videtur, an ſumme neceſſaria ſit hujus Loci Emendatio.

Pag. 113. Ἀοιδὸς, ὁ Εὐνοῦχος ποδῶν.] Legendum putavi, εὐνοῦχος ᾠδῶν, ſeu quod frequentius eſt, ᾀδων. Sed & commode legi poſſet, ἄπωγων, *imberbis*, vel quod magis adhuc placet, Εὐνοῦχος ποτῶν, *Eunuchus Sympoſiorum*, ſive qui inter compotationes arguta voce, pro more, cantare ſolet.

Pag. 114. Ἄυτον, ἀνήκοον, ἄτρωτον.] Legi hic quidem poſſet ἄτρητον, ut quondam nobis viſum.

viſum. Sed non eſt opus. Ἄυτον enim ab ὖας, ſignicat ἀνήκοον, Ἄυτον autem ab ὐτάω, *vulnero*, idem eſt ac ἄτρωτον, *invulnerabile*, ut notum, quare nihil hic mutari debet.

Pag. 154. Ἄςονον, ἀμπόν, μεγαλόςονον.] Hoc ἀμπὸν Monſtrum vocis, quod mutandum omnino videtur in ἄμπνυν, pro ἀνάπνυν, vel ἔμπνυν, aut quod idem, ἔμπνοον. In Anecdotis Græcis Wolfianis; Tom. IV. pag. 235. emendat Vir doctus, ἄμπνευνον, vertitque per *anhelantem*; ſed qualis hæc vox ſit, equidem ignoro, forte ſcribere idem voluit ἄμπνοον, uti nos conjecimus, aut certe ἄμπνεον, quod idem, ut notum.

Pag. 155. Ἄςρεπτον, ἄπιςον, ὀρθὸν.] Ex adjecta voce ὀρθὸν, apparet credo, liquido, illud ἄπιςον malæ fidei hic quaſi eſſe ſuſpectum. Forſan ergo ſcribendum ἄπειςον, hoc eſt, *pertinax, nulla perſuaſione flexibile, conſtans & in nullam partem flectendum*, vel legendum ἄπταιςον, *nullis offenſionibus opportunum, non impingens, recte procedens*, ſenſu æque egregio; præfero tamen jure prius ἄπειςον, pro poſtremo ἄπταιςον.

Pag. 160. Ἀτυζόμενος, λυπύμενος, ἐκπλησσόμενος.] Legendum forte κτυπύμενος, præceſſit enim Ἀτυζομένη, φοβυμένη, θορυβυμένη, ταραττομένη. Nihil tamen definio.

Pag. 161. Ἀτυχθείς, ἀπογραφεὶς, ἐκπλαγείς.] Vix locum hic habere videtur vox ἀπογραφεὶς, quare eam in Nota Vir doctus ingenioſe mutabat in ἀποςραφεὶς. Forſan tamen nihilo pejus legendum foret: ἀπὸ τάρβης ἐκπλα-

πλαγεὶς, *à metu & terrore perculſus.* Vel legendum unica voce ἀποταφεὶς, ſi hæc modo vox ſatis græca fuerit, nam Noſter quidem infra ſuo loco habet, ταφὼν, ἐκπλαγεὶς, θαμβηθεὶς, & ταφεῖς, θεωροὶ, θαυμαςοί; ubi vide Gujetum in Notis. Quæ quidem ad hunc noſtrum Locum apprime faciunt, nondum tamen analogiam vocis ἀποταφεὶς, ſatis liquido defendunt.

Pag. 163. Ἄυη, πνοὴ, ἢ ἄψηται.] Forte legendum, ἢ ἄητη, Ita enim Noſter ſupra, pag. 31 Ἄητη, πνοὴ, ἀναθυμίασις, quæ vox apud Homerum, Heſiodum, aliosque poetas ſæpius occurrit. Forſan tamen nihil hic movendum, quia & ἄυη idem eſſe poteſt, ac ἄψηται, ſi nempe à verbo Ἄυω, deducatur.

Ibidem, Ἀυςηρὸς, σκυθρωπὸς, ξηρὸς,] Mallem, ὀξηρὸς, ſed ἐπέχω adhuc, propter antecedens ἀυςαλέος, judicet ipſe Lector.

Pag. 167. Ἄυω, διαχέω, θερμαίνω.] Malim hic διακαίω, legere, quia mox ſequitur θερμαίνω, prætereaque hoc verbum hunc ſignificatum omnino requirit: judicet tamen Lector φιλέλλην.

Pag. 192. Βλὴρ, δέλεαρ, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἄσθμα.] Neſcio, an legendum hic potius ſit ἔδεσμα, quod ſequentia fere ſuadere videntur: interim nihil ego audacter aſſevero. Vel forſan legendum ᾆσμα, ᾄσματα enim ſuaviſona & amatoria inprimis, eſſe aurium & animarum quaſi δέλεαρ, ſeu εὐωχίας καὶ ἑςιάσεις ἀκοῶν, notum eſt, vid. Caſaub. ad Perſ. Sat. I. p. 59. Ceterum pro τῷ Βλὴρ, Suidas habet βλη-

βληρὸν, forſan melius, niſi illud βλὴρ pro Laconico potius habendum ſit, ut talia ſexcenta apud Noſtrum paſſim occurrunt.

Pag. 201. Βρίθων, γέμων, κομῶν ὑπὸ καρπῶν.] Forſan hic pro κομῶν, legendum potius fuerit γομῶν, quod ſignificatione idem ac γέμων, ut notum.

Pag. 206. Βώνημα, εἴρημα.] Pro εἴρημα legendum hic in Notis cenſet Vir doctus ἔρυμα, haud ſatis bene, ſi quid rectius judicem. Forſan nonnihil melius legendum potius, ὠρύωμα, ſupra enim pag. 199. jam adfuit Βύχωμα, φώνημα, ut legendum ibi conjecimus in noſtris Obſervationibus criticis, pag. 286. Nihil tamen temere hic pronuncio.

Pag. 208. Γαλαὰδ, παλαιῶν ὄνομα.] Sed quorum quæſo Veterum? ſcribendum ergo hic crediderim Παλαιςινῶν, quod forſan per litterarum compendia expreſſum fuerit per Παλαιῶν. Res ipſa ceterum ſatis nota eſt ex monumentis ſacris, & uberius illuſtratur a magno Relando in *Palæſtina*.

Pag. 217. Γίννος, ὁ πατὴρ ἵππος· ἡ δὲ μήτηρ ὄνομα νωθή.] Mendoſa hæc poſtrema eſſe, dubio caret: quare Viri magni Bochartus, Palmerius, Salmaſius aliique varia hic ingenioſe excogitarunt, ceu ex ſubjecta Nota uberius patet. Mihi interim, ne plane ἀσύμβολος hinc diſcedam, legendum hic videtur, ἡ δὲ μήτηρ ὀνώδης, vel ἡ μήτηρ ἡμιονῖτις. Ita enim Noſter infra in Ἰννὸς, quod idem ac Γιννὸς, ut notum: Ἰννὸς, ὁ πῶλος, ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ μητρὸς ἡμιόνου, unde poſtrema

noſtra

noſtra conjectura ſatis ſcite confirmari videtur, licet aliud viſum Palmerio, Salmaſio, quin & Ariſtoteli ipſi; nam plurimum variant in hac narratione Auctores, qua de re hic dicendi locus nunc non eſt.

Ibidem, Γλαμυρὸν, ἀνεμῶδες, ἔνυδρον.] Hic τὸ ἀνεμῶδες re vera ventoſum & nimis leve videtur. Quare Gujetus legebat ἐλῶδες, aut γλημῶδες, quod equidem abſit ut damnem: Interim tamen aeque bene legi poſſe videtur, λιμνῶδες, ναματῶδες, aut ναςμῶδες, quae omnia perquam concinna ſynonyma ſunt ſequentis vocis ἔνυδρον.

Pag. 223. Γόρυνος, μῦς βάτραχος.] Murem vocatum fuiſſe γόρυνον, mihi adhuc latet: quare ſcribendum ſuſpicor φὺς βάτραχος, *parva rana*, ſeu *ranula recens nata*, quam γόρυνον ſeu γύρινον vocatam fuiſſe conſtat ex Ariſtotele, Æliano, Cicerone & aliis pluribus. Ipſe Noſter infra: γύρινον, τὸ ἐκ τοῦ βατράχου παιδίον. Τὸ φὺς autem idem eſt ac γεννηθεὶς, ut Noſter infra ſuo loco exponit.

Pag. 226. Γυναικεῖα, οἱ γυναίκειοι ἵπποι.] Legebat Vir doctus, τόποι, bene: mallem tamen κῆποι, ſed & τὸ ἵπποι non ineptum, ita enim Noſter infra p. 470. ἵππον, τὸ μόριον, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς. Ideo nihil forſan hic mutandum.

Pag. 250. Διανέυει, τρέφει, κυκλεῖ.] Legendum videtur potius ςρέφει, frequentiſſimo in his binis verbis lapſu, niſi magis placuerit τρέπει, ſenſu & ſono eodem.

Pag.

Pag. 260. Δικαίως, ἡ πρόνοια.] Scribendum forſan τῇ προνοίᾳ.

Pag. 276. Δυσκλεὲς, ἄδοξον, τὸ μὴ ἔχον τέλ☉.] Legendum hic omnino κλέ☉, ut ex antecedentibus patet.

Pag. 296. Εἰς τέλ☉, ἕως γήμης.] Neſcio ſane, quid hoc, ideo ſcripſerim potius, ἕως ϛιγμῆς, ſenſu plano, vid. Suidas in voce Στιγμή.

Pag. 297. Ἐκασώρευον, περὶ φόνον ἐπόρνευον.] Legendum ſatis probabili conjectura, περὶ φόρον, *quæ propter mercedem* aut *circa quæſtum & tributum ſcortabantur*, hoc eſt feminæ mercenariæ, uſurariæ, vectigales ac ſtipendiariæ, & *quæ quæſtum corpore faciunt*, ut ſæpius in Digeſtis legitur. Infra in συγκοίτιον, vocatur hic φόρ☉ πορνικὸς, μίσθωμα, quale & apud Suidam & alios, quomodo & μίσθωμα πόρνης hoc ſenſu obſceno occurrit apud LXX. Interpretes, Deuteronom. XXIII, 18. & μεγαλομίσθων ἑταιρῶν meminit Lucianus & Athenæus, Lib. XIII. p. 570. vid. quæ notavimus obiter hac de re in Obſervat. Crit. pag. 507. Bene ergo hic φόρ☉, non φόνος, quod ipſum φόνῳ ſeu cæde potius dignum. Videatur ceterum Noſter infra in κασαύρα & κασωρὶς, & in φόρ☉.

Pag. 304. Ἐκςέψας, λόγον γυμνώσας, ἐκκενώσας.] Quid hic ſit λόγον γυμνώσας, *ſermonem* aut *rationem denudans*, nemo credo, facile dixerit. Mendum ergo ſubeſſe, forſan bene ſuſpicor, quod ἀλόγως huc irrepſit, atque hinc nunc rurſus ejiciendum ſicque emaculan-

culandum, ut legamus nempe, *λόφον γυμνώσας*, hoc eſt *caput* ſeu *verticem denudans*, hoc enim proprie eſt ἐκστέψας, nempe *coronam detrahens* aut *capitis ornamentum auferens*, ἀπὸ τοῦ ἐκστέφειν, ut notum. De voce autem λόφος, vid. infra Noſtrum ſuo loco, res enim nota.

Pag. 306. Ἐκχυμιωθῆναι, ἐκποιῆσαι.] Legendum melius videtur ἐκπιέσαι, *exprimere*, ut alibi jam obiter monuimus, tale enim ſignificat verbum ἐκχυμιωθῆναι, nempe *ſuccos & liquores per cola transmittere atque vi exprimere*, ſicuti Petronius dixit: *Per cola omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit*, uti nos quidem legendum cenſemus pro vulgatis, *Hercula omnium herbarum ſuccos*, &c. ubi varia incaſſum comminiſcuntur docti Interpretes, ceu ex Editione Burmanniana affatim patet: ſed hoc obiter. Simillimum autem prorſus in modum Hippocrates Lib. I. de Morb. Mul. & alibi, dixit, ἐκπιέσαι τὸν χυλὸν δι' ὀθονίου, qui & alibi διηθῆσαι, ἀπηθῆσαι item ἐκθλίψαι τὸν χυλὸν δι' ὀθονίου, aut διὰ ῥάκεος, aut δι' ἠθμοῦ, eodem ſenſu ſæpe ſcripſit, vix ergo dubium, quin legendum hic ſit ἐκπιέσαι, inprimis, quum ipſe noſter Heſychius jam ſupra p. 298. ſcripſerit: ἐκβλίσαι, ἐκθλίψαι, ἐκπιέσαι, unde noſtra conjectura haud perfunctorie confirmatur.

Pag. 310. Ἑλεπόλεις, μηχανήματα, οἱ κριοί ἢ οἱαδήποτε, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦνται.] Quid hic ſint *οἱα*, qualemque emphaſin habeant, parum ſane liquet. Forſan igitur legendum fuerit, ἢ ἴα δήποτε, ſive ἢ οἱςὰ δήποτε,

δ'ίπωτε, quod idem, *aut miſſilia* ſeu *jacula quandoque, per quæ urbes nempe capiuntur,* ut in contextu Heſychiano mox ſequitur, ſenſu nunc perſpicuo & manifeſto. Ipſe Noſter ſic infra pag. 453. Ἰὰ, τὰ βέλη, & ἴον, βέλος, τοξικόν. vid. & in οἰστά, pag. 685.

Pag. 334. Τέλμα γὰρ ὑλώδης καὶ κάθυγρος τόπος.] Legendum hic potius ἰλυώδης, ſeu quod idem, ἰλώδης, *Paludoſus*, ut ex ſequentibus & antecedentibus patet, frequens vero in Libris priſcis lapſus inter ὕλην & ἰλὺν, & inter ὑλώδης & ἰλυώδης, ut doctis notum, qui Exemplaria græca diligenter verſarunt. Conf. Noſter infra, in λαπτής, & alibi.

Pag. 341. Ἐξήλατον, ἐξ πηγὰς ἔχον.] Immo legendum πτυχάς, ut ex ſequenti voce ἐξίλατον, clare patet. Conf. Noſter infra, pag. 777. in Πολυπτύχου. Eſt igitur ἐξ πτυχὰς ἔχον, in *ſex* quaſi *plicas* aut *laminas concinne compoſitum*, ut notum.

Pag. 351. Ἐπεςιασώμεθα, εὐχόμεθα.] Legendum potius εὐωχούμεθα. Ita infra, pag. 402. Ἐφεςιασμένος, εὐωχηθεὶς, εὐφρανθεὶς, & Suidas, ἐφεςιασάμενος, εὐωχηθείς. Simile apud Athenæum, Euſtathium & alios.

Pag. 351. Παρακολουθεῖ, συνεπάγεται, πρέπει.] Hic pro πρέπει, potius περιέπει, aut παρέπει, legendum mihi videri, monui in Obſervationibus pag. 486. nec pœnitet multum hujus nos conjecturæ, licet & τὸ πρέπει aliquo modo tolerari poſſet. Hic ſaltim Tironum in gratiam, obiter monere liceat, τὸ ἕπειν, & ἕπεσθαι, pro *ſequi*, Veteribus promiſcue

miſcue dici, licet frequentius in uſu ſit poſterius, ut notum. Clariſſime ipſe Noſter Grammaticorum Coryphæus infra, pag. 370. Ἕπουσιν, ἀκολουθοῦσιν, & ſupra εἵποντα h.e. ἕποντα, ἀκολουθοῦντα, & plura ejus formæ alibi paſſim: ita & παρέπειν, μεθέπειν, ἐφέπειν, περιέπειν ſimiliaque compoſita verbi ἕπειν occurrunt & apud Noſtrum, & apud Poetas inprimis, quod eruditis notiſſimum. Quod proinde vix dignum moneri hic nobis fuiſſet viſum, niſi acutiſſimus Sam. Clarke, in ingenioſiſſimis Obſervationibus ad Homeri Iliad. Lib. IV. pag. 118. Præeunte græcantiſſimo Steph. Berglero, haud ſatis caute ſcripſiſſet, *ſemper Græcis*, ἕπεσθαι *ſequi*, non ἕπειν. Ne igitur tantorum virorum auctoritas incautos Legentes in errorem induceret, hæc levia data hic occaſione, prætereunda haud cenſui. Verum de his hactenus! nunc rurſus ad alia.

Pag. 355. Ἐπίδειπνις, ἥδυσμα, ἐθισμός.] Legebat hic Sopingius ἠθισμὸς; ſed ſcribendum potius videtur ἡδυσμὸς, ut clare patet ex antecedentibus. Vid. infra in ἡδυσμὸς.

Pag. 380. Ἔρυσεν, ἔκυβεν.] Legendum εἵλκυσεν, aut ἔλυσεν, ut ex antecedentibus conſtat.

Pag. 283. Εἰς ὄλεθρον, εἰς ᾅδην.] Non damno illud; poſſet tamen etiam commode legi, εἰς ἄτην.

Pag. 384. Ἐσσυρευτὸν, βλοσυρὸν, δοκερόν.] Legendum potius φοβερὸν, aut τορὸν, de quo Noſter infra ſuo loco.

Pag. 385. Ἔσυρον, ἔδυσαν.] Legendum vide-

videtur, ἔϛυγον, ἔδεισαν, ut apud Homerum occurrit & in ſcholiis explicatur.

Pag. 388. Ἐτέρορεν, (vel rectius ἔτορεν, ut Sopingius voluit,) ἐτρύπησεν, ἐνέγλυψεν, ἔτεμεν, ἔφρασεν, ἔξυσεν.] Pro τῷ ἔφρασεν, quod hic locum ægre habere videtur ob adjecta ſynonyma, legendum potius crediderim, ἔγραψεν, vel etiam ἐχάραξεν, ex quibus unum ſane eligendum, ut apparet. Ita infra, pag. 507. Noſter: Κατέγραψαν, κατέξυσαν.

Pag. 389. Ἔτμαγον, ἐφοβήθησαν, ἔτεμον.] Immo ſcribendum potius ἔτρεμον, ut ex ipſo ſenſu colligendum.

Pag. 389. Εὔα, ἐπευφημιασμὸς ἠλιακὸς καὶ μυϛικός.] Mendoſum omnino videtur illud ἠλιακὸς, quare & à Salmaſio mutatum fuit in Βακχικὸς, & ab alio Viro docto in ἐλευσινιακὸς, exigua utrinque probabilitate, ſi dicere liceat. Forſan rectius ſcribendum, Διονυσιακός: ita enim mox infra, p. 391. Εὐίους, Διονυσιακοὺς, & p. 393. Εὐίων, Διονυσιακῶν, quomodo & alibi. Notiſſima enim hæc ſunt, Evium, Bacchum atque Dionyſum unum idemque eſſe numen. Veriorem tamen & minus violentam emendationem hoc loco eſſe putem: ληναϊκὸς καὶ μυϛικὸς, Ληναῖος enim idem ac Bacchus, ut notum, inde ληναϊκὸς idem quoque ac Βακχικὸς, ſeu Διονυσιακὸς: vid. Noſter infra in Ληναῖος & Ληναίων, & ſupra in ἐπὶ Ληναίῳ. Inprimis autem legatur hic Meurſius de Feſtis Græcorum, pag. 195. Ceterum quivis manifeſto, putem, perſpiciet ſingularem & proximam convenientiam in-

ter ἡλιακὸς & ληναϊκὸς, quare verbum non addo.

Pag. 390. Ἔυβοτοι, ἔυτροφοι, ἐυανθεῖς.] Forte melius hic legatur, ἐυαλδεῖς, *bene paſti, bene ſuccreſcentes*, quanquam nec ἐυανθεῖς prorſus incongruum, aut hoc loco plane ineptum.

Pag. 392. Ευῶδες, ἔυυπνον, ἐυήνεμον.] Haud bonum ſane ſomnium ſomniarunt hic librarii, ſomnolenter ſcribentes, ἔυυπνον, quum deberent potius exarare ἔυπνουν, aut ἔυπνοον, hoc enim eſt proprie ἐυῶδες, ut nemini non conſtare arbitror.

Pag. 393. Ἔυθυμον ἀπλοῦν, ἔυπνουν, ἐυμενῆ.] Nec hic bene olet τὸ ἔυπνουν, quod in præcedenti loco ſuaviſſime quaſi fragrabat, ut modo vidimus. Scribendum quippe hic potius ἔυνουν, aut ἔυνοον, ut adjecta ſynonyma clare evincunt.

Pag. 398. Ἐυρωτιῶν, ἄρτοι, ἄζυμοι, ἢ ὑγροὶ τῷ ἡλίῳ.] Forſan legendum hic, ὑγροὶ τῷ ἐλαίῳ, ut ſeries contextus ſuadere videtur: nihil tamen temere muto.

Pag. 422. Ἡμεδαποὶ, ἐπιχώριοι, ὁμόφρονοι.] Legendum forſan ὁμόροφοι; de qua voce Noſter infra ſuo loco. Ἐπέχω tamen.

Pag. 432. Ἥψατο, προσέφυγεν, παρεκράτησεν.] Legendum omnino videtur, προσέθιγεν, *attigit*.

Pag. 433. Θαλάμοιο νέοιο.] Quæ hic ſequuntur, admodum vitioſa viſa ſunt Salmaſio at aliis, ſed violenta eorum medicina haud opus eſt: ſi enim τῶν ἡμέρων, mutaveris in τῶν ἱμέρων, omnia clara erunt hoc modo: ὑπὸ

γὰρ

γὰρ τὰς γάμας ἀυτὰς τῶν ἱμέρων ϑάλαμας ἐπήγνυον, *ſub ipſis enim nuptiis amantium thalamos compingebant.*

Pag. 446. Θοῶσαι, λαμπρῆναι, ποιῆσαι, πυρῶσαι.] Nihil huc facit τὸ ποιῆσαι, pro quo potius legendum πρῆσαι; quod idem ac πυρῶσαι, ut notum.

Pag. 452. Θύων, σπεύδων, ϑυσιάζων.] Legendum hic utique σπεύδων, nemo forſan negaverit, adeo ut fere pro mero mendo typographico habere fas ſit. Et tale omnino eſt, ut poſtea in Editione Heſychii Hagenoënſi obſervavimus, quæ in multis ſane caſtigatior & emendatior eſt Editione Leidenſi alioquin nitidiſſima, ut deprehendimus liquido in vocibus πρηςὴρ, Ἀμφαγαπαζόμενος, κηδεῖν, κακοπαϑεῖν, μίσϑωμα aliisque paucis, quas ita ſcriptas in iſto codice Hagenoënſi offendimus, prout eas emendandas eſſe ex conjectura in noſtris obſervationibus cenſuimus.

Ibidem, Θωμᾶς, ἄβυσσος, ἢ δίδυμος.] Nihil huc plane *Abyſſus*, quæ quippe ſola nata eſt ex profunda ignorantiæ Librariorum abyſſo. Tu Lector, mecum lege potius in poſterum, ſi placet, Θωμᾶς, ἄπιςος. Notiſſimum nempe cuivis eſt, Apoſtolum Thomam ob obſtinatiſſimam ſuam incredulitatem adeo uſque in proverbium abiiſſe. Reſpexiſſe autem hic videtur Heſychius potiſſimum illa ſervatoris ad Thomam, verba apud Joannem, Cap. XX, 27. μὴ γίνȣ ἄπιςος, ἀλλὰ πιςός. Certe hæc noſtra conjectura haud contemnenda videtur.

Pag. 453. Θώπτει, σκώπτει, θεραπεύει,] Malim hic potius legere, θωπεύει, quod idem ac σκώπτει, aut θώπτει. Noſter infra pag. 587. Λασκάζει, φλυαρεῖ, θωπεύει, & ſupra: λακίζει, θωπεύει, ῥηγνύει, ῥήσσει, unde vana Salmaſii conjectura in ſuperiori loco Ῥήγινοι, pro ῥηγνύει, legentis, & mox eadem pag. 453. Θώψεις, θωπεύσεις, unde conjectura confirmatur noſtra. Certe τὸ θεραπεύει huc ægre quadrare videtur. Supra vero pag. 170. θεραπεύοντες legendum pro θωπεύοντες, en ipſa verba: Ἀφοσιούμενοι, ἐν ὑποκρίσει θωπεύοντες, τιμῶντες, nempe legendum ajo θεραπεύοντες, quod confirmat Suidas, in Ἀφοσιούμεθα.

Pag. 471. Ἰσάζων, ἶσον ποιῶν, ὁ χούμενος.] Neſcio ſane, quid huc τὸ ὁ χούμενος, ſeu ὀχούμενος, ideoque legendum ſuſpicor, ὡμοιώμενος, ἰσάζων enim idem ac ὡμοιώμενος, ut nemini non notiſſimum.

Pag. 474. Ἰσχυρὸν, στιβαρὸν, ταχὺ, βέβαιον.] Legendum hic potius παχὺ pro ταχὺ, conſueta in Veterum Libris inter has binas voces confuſione, ut Docti norunt.

Pag. 476. Ἰχθυοπέτης, ἐσχάρα.] Vix dubium, quin legendum hic ſit ἰχθυοπέπτης, ut infra p. 615. μαζοπέπτης, ita & ἀρτοπέπτης, λαχανοπέπτης, χοιροπέπτης, & ſimilia.

Pag. 482. Καίνει, φονεύει, ἐκτείνει,] Forſan κτείνει, potius legendum, quamvis & ἐκτείνει, de mortuis eleganter dicatur, ut ad Petronium notavimus. Noſter tamen infra: Κτείνει, φονεύει, ἀναιρεῖ.

Pag. 486. Ἀσχημόνως τῶν ἰσχίων κρατουμένων.] Rectius forte legatur Κροτουμένων, licet nihil certi ſtatuam.

Pag.

Pag. 495. Κάρος, σκοτόδινος, βόσκημα, ἐγκέφαλος, ὤν.] Legendum hic crediderim, σκότωμα ἐγκέφαλον, vel ἐγκεφάλε, vel ἐν κεφαλῇ ὄν. Neſcio enim, quid huc faciat βόσκημα. Interim nihil temere affirmo.

Pag. 513. Κεάσαι, χίσαι, καύσαι,] Legendum hic potius κλάσαι, ita enim mox, Κεάσθη, ἐκλάσθη, & κεάσματα, κλάσματα, ut alia taceam.

Pag. 515. Κεκάρπωκε, τετελείωκε καὶ ἀπέκαυσε.] Forſan rectius nonnihil hic legendum ἀπέλαυσε, id enim proprie eſt κεκάρπωκε, nempe *fruitus eſt*, ſeu *fructus percepit*, ut ex Hippocrate, Philone & aliis notisſimum.

Pag. 521. Κεράμεναι, λυπέμεναι, καὶ ὥσπερ παιόμεναι, ἔπειτα κατὰ τράγε ἔχειν.] Quod ſit hic κατὰ τράγε ἔχειν, perquam obſcurum videtur, forſan igitur legendum κέρατα τράγε ἔχειν, adeo ut κατὰ per compendium litterarum olim conſuetum, exaratum fuerit pro κέρατα, de quo tamen ipſe ſolers arbitretur Lector. Forſan & pro λυπέμεναι, legendum κτυπέμεναι. Hoc obiter.

Pag. 523. Κεχάρημαι, χαίρω, ἢ χωρῶ.] Suſpicatus nuper in Obſervat. Crit. p. 428. fui legendum eſſe in futuro χαρῶ; non prorſus forſan male. Sed & legi commode poſſet, δωρῶ, & in antecedentibus ἐδώρησαν, pro ἐχώρησαν; nihil tamen temere hic pronuncio.

Pag. 527. Κιγκλίζειν, κινεῖν, πειράζειν.] Malim hic τυρβάζειν, legere, ſequitur enim mox, κιγκλίζει, σαλεύει, μοχλεύει, κινεῖ,

 quale

quale & apud Suidam & Scholiaſten Theocriti ad Idyll.V. p. 108. Interim nihil hic Κιγκλίζω aut τυρβάζω.

Pag. 539. Κόβαλος, τωθαςὴς, ἀπατεὼν, κακόχολος.] Varia hic comminiſcuntur Martinius atque Salmaſius: Mihi autem pace horum, legendum potius videtur, κακολόγος, ſenſu claro atque perſpicuo.

Pag. 556. Κράγον, βοήθημα.] Nullum hic præſtat auxilium τὸ βοήθημα, ut ſonat quidem: legendum enim potius videtur βόημα, *clamor, vociferatio*, id enim proprie eſt κράγον, ut notum. Ipſe judicet Lector.

Pag. 581. Λαθεῖν, εἰς νῦν οὐκ ἔχειν.] Legendum: ὡς νῦν οὐκ ἔχειν, quod jam ex parte vidit Palmerius.

Pag. 587. Λάσιον κῆρ.--τῷ ςέρνῳ, ὅπερ ὡς ἐπιτοπλεῖςον, δασὺ ἐςιν καὶ ἰσχυρόψιχον.] Fortaſſis melius hic legatur, ἰσχυρότριχον; ſequitur enim mox: Λάσιος, δασύς τὸ ςῆθος, ἢ συνετὸς, δασύμαλλος, πολύτριχος: ἰσχυρότριχον idem ergo ſupra eſt, ac hic πολύτριχον: Sed penes Lectorem eſto judicium.

Pag. 591. Λειπομορία, δένδρον, τὸ ἐκ τοῦ θωρακίου κατεαρὸς, ἐκ δὲ τῆς ῥίζης φέρον βλαςοὺς.] Corruptum eſſe hunc Locum, me monitore haud eget: quæ enim monſtra verborum hic ſunt θωρακίου, & inprimis κατεαρὸς; quod poſtremum bene quidem in κατεαγὸς, mutavit Palmerius, in explicanda autem voce θωρακίου haud pari felicitate uſus fuit. Ut omnia paucis complectar, mihi ſic legendum hic videtur: Δένδρον, τὸ ἐκ τοῦ δουρα-

τίου

Digitized by Google

τἰꝟ κατεαγὸς, hoc eſt, *arbor ex parte ſui ligno- ſa*, ſive *trunco*, *confracta*; ſenſu ſane admodum perſpicuo & perquam convenienti. Huc autem ſpectant non nihil, quæ infra Noſter habet, pag. 633. Μεσοκουράδες, οὕτω καλοῦσι δένδρα τὰ ὑπὸ ἀνέμων καταγέντα, unde conjectura Palmeriana magis adhuc confirmatur.

Pag. 605. Λογίζομαι, ἐνθυμοῦμαι, φημί- ζω.] Immo legendum potius ψηφίζω, ut notum, quemadmodum mox, Λογισμοῖς, ψήφοις, & Λογισμός, Τάττεται καὶ ἐπὶ ψήφου & λογίζομαι, τῇ χειρὶ ψηφίζω, item λογίζεται, ψηφίζεται, ita enim pariter legendum, pro vulgato φημίζεται, Suidas quoque: Λογίσομαι, ἀναψηφίσομαι, item λογισταί, περίψηφοι, καὶ λογίσομαι, ἀναψηφίσομαι, ut alia plura prætercam, quæ ex Gloſſariis peti a quovis commode poſſunt.

Pag. 609. Λυγρὰν, λυπηρὰν, & Λυγρὸν, λυπηρὸν, ἐπίπονον, κακὸν, χαλεπὸν, ἰσχυρὸν, πενθικὸν,] Hic forte pro ἰσχυρὸν, legendum potius fuerit οἰκτρὸν, vel οἰζυρὸν, quod idem, de quo Noſter infra ſuo loco: judicet tamen ipſe Lector.

Pag. 613. Λῶτ.] Jam vero ad eum locum pervenimus, quem pro omnium depravatiſſimo & deploratiſſimo in toto Heſychio jure meritoque habere convenit. Adeo enim uſque omnia ibi fœde dilacerata, eviſcerata, divulſa atque diſcerpta peſſimeque contaminata, ſordida ac maculoſa deprehenduntur, ut de fauſta medicina & juſta reſtitutione in integrum-

omnino fere ſit deſperandum. En Tibi nunc illa ipſa verba, aut Verborum potius monſtra, prout vulgo concepta, aut rectius corrupta ſunt: *Λώτ ἐτυμπανίσθησαν, ἐπρίσθησαν, ὕπεϱον, μεμαϱὰς, θυΐσκη, ἐμφϱενώμενος, ἀντισήκωσις, ἀσπάλαξ, ἄσβεςος μοιχαλίς. μῦς. τυφλὸς ὁ τὴν γῆν τϱυπῶν.* Nunc omnes quæſo concurrant huc augures & haruſpices, Chaldæi & Mathematici, ut aut fœda hæc monſtra expient & averruncent, aut tenebricoſa ænigmata ſolvant & ſenſum reconditum eruant! quæ enim illa portenta *ὕπεϱον, μεμαϱὰς, θυΐσκη, ἐμφϱενώμενος*? quid porro huc *ἀσπάλαξ* & *μῦς τυφλὸς*, ſive *talpa* & *cæcus Mus?* profecto, profecto hic *oculis capti fodere cubilia talpæ.* Præſtaret ergo utique a teterrimis his ulceribus audaces nimium ungues abſtinere, inextricabilesque hos nodos indiſſolutos relinquere, quam inanem & ridiculam forte medicinam fruſtra adhibere, aut frigidam ac jejunam Griphorum ſolutionem temere adferre, quum Æſculapio aut Oedipo hic potius opus ſit, quam me, qui exiguas ingenii mei vires & probe novi, & merito doleo. Interim tamen periculum facere & ſomniare aliquid potius, quam pronunciare placet. Sic igitur impetrata prius a Lectoribus venia & indulgentia paratiſſima, disjecta hujus loci deſperatiſſimi membra recolligere, vulneraque turpiſſime hiantia tractare atque faſciolis quaſi vincire & obligare audeo: *Λώτ, ὑπεϱῶν, ὅταν τὰ Γομόῤῥας*, vel *Γομόῤῥα, ἐτυμπανίσθησαν, ἐπϱήσθησαν, ἐκ μέθης ἀφϱαινόμενος*, vel *ἔκ-*

φϱων

φρων γενόμενος, ἀντισήκωσις ἄτβεστος μοιχαλὶς. (aut μάχλης, ſive μάχλος,) (Λώτ) ἀσπάλαξ, μῦς τυφλὸς, ὁ τὴν γῆν τρυπῶν. Hæc nunc ita Latine reddere & paulliſper circumſcribere liceat. *Lot, ſuperſtes adhuc, quum Gomorrhæ Regio ſevere puniretur & ultricibus flammis exureretur, ex temulentia demens factus, quam mox ſequuta retributionis vel compenſationis pœna, nempe indelebile & inexpiabile adulterium. Lot autem ſecundum etymologiam idem eſt, ac talpa, ſeu mus cæcus, qui terram perfodit.* Nunc ſane lætior aliqua lux ex denſiſſimis his & plusquam Cimmeriis tenebris egregie refulget, niſi fallor, & omnia jam clara, opinor, ſunt, quæ antea altiſſimis demerſa latebris conclamata fere jacuerant. Quando vero hic Heſychius ſcripſit, *Lotum* idem ſignificare ac *Talpam*, reſpexit haud dubie, ut ſolet, ad Hebræam vocis originem לוט *Lut*, ſeu *Lot*, *Abſcondidit, operuit, occultavit*, unde לט *Lat*, *abſconſio*, item לטאה *Letaa*, *lacerta*, *ſtellio* ſeu *ſalamandra* ita dicta, quod Terræ adhæreat, & latibula atque cavernas petat, qua de re vid. divinus Bochartus in Hierozoic. Part. I, Lib. IV, cap. 4. pag. 1074. Ab hoc verbo לט *Lat*, autem Græcorum λαθεῖν, λανθάνειν, λαθάδαν, λάθρα & ſimilia, item & Latinorum *Latere*, certiſſime derivandum eſſe, jam dudum recte monitum fuit a Voſſio, Martinio, Becmanno, ipſo Bocharto, aliisque Etymologiarum ſolertibus Indagatoribus. Habes igitur mi Lector, ſic mentem meam de depravatiſſimo hoc & tenebricoſiſſimo Heſychii loco,

quem vocum male diſperſarum & laceratarum commoda repoſitione & in ſedes ſuas priſtinas ac genuinas reductione ſanavi & adjuvi potius, quam multa ac audaci nimium emendatione, aut coactis longiusque petitis conjecturis, a quibus quippe maximopere abhorreo. Nihil enim mutavi, quam *ὕπερον*, in *ὑπερῷν*, *ἐπρίαθησαν*, in *ἐπρήθησαν*, *μεμαρὰς*, in *γομόῤῥας*, & denique *θυΐσκη*, in *ἐκ μέθης*, quæ ſane omnia levia ſunt, facilia, obvia & aſſenſum, aut veniam facile credo, impetratura. Quod ſi tamen præter ſpem, Lectoribus hæc noſtra conjectura diſplicitura fuerit, erit tamen forſan aliqua gloria, magnis excidiſſe auſis. Sed meliora ſperemus a Lectorum gratia & interea in Heſychio pergamus.

Pag. 623. Ματθίας, *δῶμα* Θεȣ͂.] Legendum omnino *δόμα*, *donum*, *Matthias* enim Syriace מתיא *Matthia*, eſt ex Hebr. מתן *Matthan*, *Donum*, & יה *Jah*, *Deus*, ut ex Hillero, Paſore, Pfeiffero & aliis notiſſimum. *Δόμα* igitur *Donum* eſt, quum *Δῶμα* contra ſit *Domus*, ut omnes ſciunt, quæ vero hic nullum locum idoneum invenit.

Pag. 624. Μαψαῦραι, *αἱ μάταιαι ἄιμμοι, ἢ κȣ͂φαι πνοαί*,] Hic pro *τῷ ἄιμμοι*, quod Monſtrum vocis eſt Græciæ inauditum, legendum omnino videtur *ἀτμαὶ*, vel *οἱ μάταιοι ἀτμοὶ*, Noſter ſupra, *Ἀτμὸς, ἡ ἐκ τȣ͂ ὑγρȣ͂ ἀνάδοσις, ἢ καπνὸς ἢ ἀτμὶς, ἢ πνοὴ* Vir doctus quidem hic in Notis ſubſtituebat *αὖραι*, æque bene ad ſenſum, ſed paullo remotius a priſcis litterarum veſtigiis.

Pag.

Pag. 625. Μεδέων, βασιλεύων, παρὰ τὸ μέδειν, ὅ ἐςι προνοεῖσθαι, καὶ Πόλις.] Diruenda hæc videtur urbs unius hominis, & quidem Poetæ, in gratiam; legendum enim probabiliter admodum pro καὶ πόλις, potius Ἔυπολις. Simile fere mendum occurrit infra in πίςαν, ubi pro πόλις ἔτως εἴπεν, legendum forſan eſſe, Εὔπολις, conjecit ibi Sopingius, ſed præter neceſſitatem, ut obſervat Cl. Lamb. Bos, in Obſervat. Crit. Miſcell. Cap. XLV. pag. 180. & rurſus in Φαρκίδων, ῥυτίδων, ἢ πόλις, Εὔπολις pariter ſcribendum, docte ibidem monuit Lindanus. Conferatur & Index Heſychianus à Pricæo quondam confectus ſub voce *Eupolis*, ut alia nunc mittam.

Pag. 640. Μηχαναὶ, τέχναι, - - - ὄργανα μηχανικὰ, ἐν οἷς προσδησμένα τὰ κτήνη ἀλήθεσιν.] Legendum hic videtur προσδεσμένα τὰ κτήνη, *alligata jumenta*, aut προσδινέμενα, *circumacta*, ſenſu utrinque commodo.

Pag. 641. Μιαχρὸν, καθαρὸν.] Legendum ἐ καθαρὸν, aut potius κατάρατον, *exſecrabile:* Sopingius in Notis legebat ἀκάθαρτον, æque bene.

Pag. 642. Μινύον, ἀρωματικόν τί,] Scribe omnino χρωματικόν τι, ad *pigmenta* enim potius pertinere Minium, quam ad *aromata*, notiſſimum eſt. Ita ſupra Μινύον, κιννάβαρι aut κιννάβαρις, ita enim legendum videtur. Ceterum frequentius in Heſychio noſtro χρῶμα & ἄρωμα, & ἀρωματικὸν & χρωματικὸν, propter

pter ſoni & litterarum vicinitatem, confuſa deprehendi, notavit alicubi Salmaſius.

Pag. 645. Μώλωψ, ὁ ἐκ πληγῆς αἱματώδης τόπ@.] Immo τύπος, potius legendum, quam τόπος, quod & ipſe ſenſus imperat, & inſuper confirmat ſimilis locus infra, pag. 657. Μώλωψ, ὁ ἐκ τῆς πληγῆς αἱματώδης τύπος. & infra, in Σμώδιγξ, p. 854.

Pag. 646. Μολοβόβαρ, ὁ τοῦ Διὸς ἀστὴρ παρὰ Χαλδαίοις.] Vox hæc monſtri aliquid alere omnino videtur, quare mutabat eam in Μολοχβαάλ, Sopingius, egregie ſane quod ad prius membrum attinet, non æque bene, quod ad poſterius. Mihi ergo, ſi conjecturæ locus, legendum hinc potius videtur: Μολοχκόκαβ, quaſi מלךכוכב, nempe à מלך *Molech, Rex, Jupiter* & *ſupremus Deorum*, & כוכב *Cocab, ſtella, aſtrum.* Quo facto, pulcherrime nunc procedit Heſychii explicatio, Μολοχκόκαβ, ὁ τοῦ Διὸς ἀστὴρ, quæ antea aut nulla, aut ſane obſcuriſſima & intellectu difficillima. Immo longe minore adhuc negotio & majore probabilitate, legendum hic videtur Μολοχοῦβαρ, vel Μολοχαβάρ, *Cubar* enim, *Cabar* & *Chabar*, Arabibus idem eſſe ac *ſtellam Veneris luciferam*, ſeu *phoſphorum*, erudite oſtendit Seldenus, de Diis Syris Syntag. II, cap. 4. pag. 285. item Joſ. Scaliger, Lib. V. de Emendat. Tempor. pag. 520. Judicet nunc ipſe Lector.

Pag. 649. Μυκίζει, σιγεῖ, μέμφεται τοῖς χείλεσι.] Legebat hic σιγῇ, Gujetus, non male: Forſan tamen ſcribendum potius, ψέγει,

γει, id enim eſt Μυκίζει, Μωκίζει & Μωκᾷ, unde & Gallorum verbum *Moquer*, deducendum videtur.

Pag. 652. Μυλοειδὲς, στρογγύλον, τραχύ.] Illud τραχὺ aliquo modo mihi hic *aſperum* videtur, quare ſcripſiſſe potius ſuſpicor Heſychium, τροχόειν, *rotundum*, quomodo ipſe infra ſuo loco: Τροχόειν, τροχοειδὲς, στρογγύλον. Nihil tamen temere hic pronuncio.

Pag. 655. Μυστικὸν, λεπρὸν, ἢ λεπτόν.] Μυστικὰ hæc omnino, imo potius μιαρὰ ſeu contaminata & deturpata ſunt. Legebat igitur Tan. Faber, ἱερὸν ἢ σεπτὸν, optime quod ad poſterius, pejus autem, quod ad prius. Quare mihi potius ſcribendum videtur, Μυστικὸν, σεπτὸν ἢ ἄληπτον, *venerabile* & *incomprehenſibile*, vel ἄλευστον ἢ ὤληπτον, i. e. *inviſibile* aut indeprehenſibile, vel denique λέχριον ἢ ἄληπτον, *tortuoſum*, *obliquum perplexum aut incomprehenſibile*. Prius tamen magis placet.

Pag. 659. Ναρὺς, τὺς φύλακας.] Legendum omnino τὺς φλύακας, facili litterarum lapſu & metatheſi. Ναροὶ enim ſunt φλύακες, ſeu *nugatores*, à φλυάζειν, ut Νάραι, *nugatrices*, vide ſis, ſi tanti, quæ diximus nuper in Obſervat. Crit. pag. 498. Noſter ipſe infra ſuo loco, pag. 955. φλύαξ, μέθυσος, μεθυαστὴς, γελοιαστὴς, & φλυάσσει, φλυαρεῖ, φλύει, ubi vid. in Notis Salmaſius & Sopingius: Euſtathius tamen, Athenæus & alii ſcribunt φλοίακες, pro φλύακες, exigua ſane differentia, qua de re vid. maximus Caſaubonus,

nus, ad Athen. Lib. III. cap. 9. pag. 167. Interim noſtra conjectura de hoc Heſychii loco ſatis forſan probabilis.

Pag. 664. Νεόστροφον, νεωστὶ ἐστραμμένον, καὶ κενόν.] Legendum omnino videtur, καινὸν, facillimo litterarum lapſu, & ſolemni ſcribarum & typothetarum errore.

Ibidem, Νεοπαθῆ, τὰ οὐ πρότερον ἱστορημένα, ἀλλ' ἀρτιμαθῆ.] Legendum forſan melius Νεομαθῆ, ut ex interpretatione adjecta ἀρτιμαθῆ, patet.

Pag. 666. Νηκερδέα, ἀκερδῆ, ἀνωφελῆ, ἄφωνα.] Ex his adjectis ſynonymis liquet, legendum hic eſſe, ἄφορα, aut ἄγονα, hoc eſt, *infæcunda*, *ſterilia*, *infructuoſa*. Noſter ſupra: Ἄγονος, ἄτεκνος, ἄκαρπος, ἄσπορος.

Pag. 667. Νηρὸν, τὸ ταπεινὸν.] Legebat hic Gujetus ὑδάτινον, haud bene ſervatis litterarum ductibus. Quare mallem ego: Νηρὸν, ποτάμειον, ſenſu perſpicuo.

Pag. 670. Νομὴ, τροφὴ, βοσκὴ, ποινὴ.] Legendum hic forſan ποίμνη, *grex*, ſeu *paſcuum*, quod ex adjectis ſynonymis clariſſime, putem, liquet.

Pag. 671. Νυθὸν, ἄφωνον, σκοτεινόν.] Rectius forſan hic legatur, ἀφώτιστον, aut ἄφαντον. Sequitur enim mox: Νυθῶδες, σκοτεινῶδες. Sed ipſe hic arbitretur Lector: Nos nihil plane definimus.

Pag. 673. Νωθεργὸς, ὁ δυνατὸς συγγίνεσθαι.] Scribendum forte, οὐ δυνατὸς, aut ἀδύνατος. Sed deliberandum.

Pag.

Pag. 674. Νωτίζειν, διώκειν, τρέπειν.] Legendum videtur potius, τρέχειν, quod verbum διώκειν confirmare aliquo modo poterit, licet & vulgatum ferri poſſit.

Pag. 675. Ξιφιςὺς, μαχαιρομαχία, μάχη ἐκ χειρῶν.] Legendum potius hic ego crediderim ἐκ μαχαιρῶν, præcedit enim μαχαιρομαχία, non χειρομαχία. Simile autem mendum inter χειρῶν & μαχαιρῶν, in noſtro Heſychio acute animadvertit & feliciter ſuſtulit incomparabilis Criticus, Lamb. Bos, in Animadverſionibus ad ſcriptores quosdam græcos, Cap. XXXIII. pag. 136.

Pag. 687. Ὀλβιοδαίμων, τρισόλβιε, μακάριε, καὶ τὴν ὐδανίαν.] Οὐδανία hic revera eſt οὐδένεια, & vox monſtroſa nulliusque plane ſignificationis. Quare legendum potius videtur τὴν εὐδαιμονίαν, unde forſan ex litterarum compendiis natum illud monſtrum ὐδανίαν, in ultimas terras exportandum. Poſſet & legi τὴν ὐράνιον, aut τὸν ὐράνιον, magis tamen placet prius εὐδαιμονίαν, ob rationes jam datas, quas forſan ipſe æquus Lector haud damnabit.

Pag. 710. Ὀυκ ἀρὸς, ὐνεικός.] Mendoſa hæc eſſe, præfixus aſteriſcus oſtendit. Legendum forſan, ὐκ Ἄρης, ὐ νεῖκος, *Non Mars, non Pugna*, Νεῖκος enim Μάχη, ut Noſter ſupra monuit; Vel legendum etiam: ὐκ ἄρος, ὄνειδος, *Non utilitas*, hoc eſt *Damnum*: Ἄρος enim ὄφελος eſt ſupra apud Noſtrum, ſuo loco. Verum hic in alia abit Cl. Lamb. Bos, in Obſervat. Crit. Miſcell. Cap. XLIV. p. 177.

quod

quod tamen æque Lectoris judicio permittitur.

Pag. 712. ὁλομενὲς, ὁλοσελὲς, ὑγιὲς, ὁλόκληρον.] Fortaſſis non nihil melius hic legendum fuerit, ὁλομελὲς, ὁλοσκελὲς, ὑγιές. Confer huc, ſi placet, Fœſii Oeconomiam Hippocraticam ſub voce ὁλομελίη, de qua mox ipſe noſter Heſychius.

Pag. 713. Οὐρανὸς, ὁ κατηστερισμένος τόπος.] Malim hic legere, πόλος, quanquam & illud rectum. Frequens autem in Heſychio confuſio τόπος inter & πόλος.

Pag. 715. Ὀφιδεύειν, σχολάζειν, διατρίβειν, οἰκεῖν.] Poſtremum οἰκεῖν, in ὀκνεῖν, potius mutandum eſſe, nemo forſan dubitaverit, qui antecedentia verba conſideraverit.

Pag. 716. Ὀχεῖται. μετέωρος φαίνεται.] Forſan rectius, φέρεται, licet & alterum non rejiciendum.

Pag. 717. Ὀχλεῖ, στένει, λυπεῖ, κωλύει μετὰ ὄχλου.] Scribendum omnino videtur, κωκύει: Noſter ſupra, pag. 577. Κωκύει, βοᾷ, θρηνεῖ, κλαίει, unde noſtra conjectura egregie ſatis confirmatur. Res ſane nota, nec probatione eget.

Pag. 730. Παραλέξαι, παρὰ τὸ τὰς ὑπερεχούσας ἐν ταῖς ὀφρύσι παραλέγειν.] Omiſſum hic videtur τρίχας, poſt ὀφρύσι, quod proinde merito addendum, ut ſenſus juvetur.

Pag. 739. Παρῳδοῦντες, ἐκβάλλοντες.] Hic παρῳδοῦντες non eſt, ἐκβάλλοντες, ſed potius παρατραγῳδοῦντες, ut in antecedenti eſt ῥήσει. Quare leviſſima mutatione legendum probabiliter

liter videtur, *παρωθοῦντες, ἀπὸ τοῦ παρωθεῖν*, quod idem eſt ac *ἐκβάλλειν*, *ejicere*, ſive *expellere*, ut docent Lexica. Male ergo *διαβάλλοντες*, pro *ἐκβάλλοντες*, legit hic Tan. Faber, in Epiſt. Crit. XXXIII. Lib. II.

Pag. 741. Παῦλος, *θαυμαστὸς ἢ ἐκλεκτὸς σύμβουλος*.] Non damno quidem hoc *σύμβουλος*; malim tamen legere *σύνδουλος*, quia Paullus ſe *δοῦλον* & *σύνδουλον* potius appellat, quam quidem *σύμβουλον*. Nihil tamen definio aut temere pronuncio.

Pag. 759. Πετάλα, *ὀνόματα θήλεια, καὶ βοῦς*.] Fruſtra ſollicitat hunc locum & meliores codices præter rationem expectat doctiſſimus Palmerius, dum interim *ὀζώματα* & *θαλίαι* legit, infelici ſane conjectura, *ὀζώματα* enim græcum non eſt, ut ipſe fatetur. Sed nihil prorſus mutandum. Πετάλα enim omnino ſunt *ὀνόματα θήλεια*, ſeu *nomina feminarum* & *amicarum*, ut clare patet ex Alciphronis Epiſt. 35. & 36. Lib. I. ubi vid. Bergler. pag. 152. ut & Ariſtæneti Epiſt. 25. Lib. I. ut Athenæum aliosque taceam. Quando vero *πετάλα* idem eſt ac *βοῦς*, videtur inde derivandum Gallorum *Betail*, ſed hæc obiter.

Pag. 761. Πεφρυγμένον, *τὸ εἰς τὴν χεῖρα φρυσσόμενον, ἢ πεφυγότα*.] Legendum hic potius eſſe *πεφριγμένον*, *φρισσόμενον* & *πεφρικότα*, docui ex parte in Obſervat. Crit. pag. 492. Inde vero derivandum Gallorum *Friſſon* & *Friſſonner*, quod obiter notare liceat.

Pag. 762. Πημαίνει, *βλάπτει, κακοποιεῖ*.] Reddenda videtur hæc vox LXX. Interpretibus, Pſalm. II, 9. & inde Apocal. cap. II, 27.

 quum

quum enim illi forſan ſcripſiſſent πημανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, *lædet*, *contundet ipſos virga ferrea*, rectiſſime ſecundum verba Hebræa, incuria librariorum & injuria temporum irrepſiſſe huc videtur ποιμανεῖ *paſcet*, ſenſu haud bene cohærente. Idque probabilius videtur, quam cum Cappello in Crit. Sacr. pag. 272. aliisque ſtatuere, illos pro תרועם perperam legiſſe תרעם. Sed hæc obiter.

Pag. 776. Πολυθρύλλητα, πεφεισμένα.] Forſan rectius, πεφασμένα, aut πεφημισμένα, quanquam & vulgatum tolerari poteſt.

P*ag.* 777. Πολυῤῥήτοισι, πολυπόνοις.] Legendum πολυφώνοις, ut pag. ſeq.

P*ag.* 778. ΠολυΧερία, πλῆθος ἐργαζομένων καὶ ἀνυόντων.] Poſſet quidem ſatis commode hic legi ἀμυνόντων; ſed & ἀνυόντων rectum eſt, quare nihil jam moveo, ut alibi feci, in Obſervat. Crit. p. 294.

P*ag.* 783. Πρατὰ, ἡ νουμηνία.] Hæc νουμηνία hic admodum obſcura eſt. Mihi igitur vox aut à πιπράσκω, derivanda videtur, tumque legendum, ἐωνημένα, *venalia* aut *vendibilia*, ſeu ὤνημα, vel ὠνητὰ, quod idem. Sive Latinum fuerit *Prata*, tumque ſcribendum, ἐπινομία, vel νομαῖα, *paſcua*, *commercium compaſcuum*. Sed Lector ipſe hic quæſo arbitretur, quid horum probabilius fuerit viſum.

P*ag.* 792. Προσγίνεται, προσδὲ.] Legendum forte, προσθέει, quid enim προσδὲ, hic ſit, parum liquet.

P*ag.* 793. Προσήλωται, ἀνέστρωται.] Legendum potius ἀνέτρωται, præceſſit enim, προ-

προσήλωσαν, προσέπηξαν, ἔτρωσαν, unde conjectura plurimum confirmatur.

Pag. 805. Πυλλεῖ, θραύει, λέγει, διαβρᾷ, θρυλλεῖ.] Legendum forſan κράζει, pro θραύει.

Pag. 816. Ρ῾ὶς, ῥὶν, ῥόθων.] Legendum ῥώθων, infra, ῥώθωνες, μυκτῆρες, ut recte emendabat Junius. Sed levis hic eſt error, & facilis correctio.

Pag. 822. Σαγροῖς, κόνις ἢ πέλεκυς.] Legendum omnino, Σάγρις, vel Σάγαρις, κοπὶς, vid. ſupra in Σάγαρις, inprimis autem Reland. in Diſſertat. Miſcell. Part. II. Diſſ. VIII. pag. 227. & Burton in Linguæ Perſ. veteris Reliquiis, pag. 79. Edit. Cl. van Seelen.

Pag. 831. Σειριᾷ, φλεγμαίνει, καρῦται.] Malim hic legere πυρῦται: Καίεται hic quidem legit in Notis vir doctus; ſed τὸ πυρῦται magis reſpondet priſcis litteris.

Pag. 838. Σιμαίθα, ἑταίρας μαγειρικῆς ὄνομα.] Legendum ſuſpicabar hic ἑταίρας μεγαρικῆς, quam ſuſpicionem poſt validiſſime confirmatam deprehendi apud Suidam, qui plane exhibet, Σιμαίθα, ὄνομα πόρνης μεγαρικῆς. Scrupulum vero omnem pleniſſime tollit ipſe Ariſtophanes, in Acharnenſibus, pag. 396. cum ſcholiaſte, ubi perſpicue docetur, cauſſam teterrimam belli inter Græcos fuiſſe hanc Simætham Megarenſe ſcortum, quibus adde Plutarchum, in Pericle, pag. 168. Athenæum, Lib. XIII. pag. 570. aliosque plures, res enim hæc inter Veteres nimis nota. Nullo igitur pacto dubitari amplius poteſt de hac

emendatione Heſychiana. Interim jure timemus, ne ea, utpote facilis & obvia, forſan jamjam ab aliis fuerit præoccupata, licet, quod ſancta fide teſtamur, nihil adhuc hac de conjectura deprehenderimus in aliorum Criticorum ſcriptis.

Pag. 846. Σκιερὸν, κατάσκιον, ἀκριβὲς.] Hoc ſane hic parum ἀκριβὲς aut appoſitum. Legendum igitur, μὴ ἀκριβὲς, vel quod magis placet, ἐγκρυφὲς, *obſcurum*, *occultum*, quod confirmant omnino ſequentia.

Pag. 849. Σκοροδίσαι, τὸ πρὸ τῆς μάχης σκορόδοις ἀνατρίψαι τοὺς ἀλεκτρυόνας.] Quum alliis non inungantur, ſed nutriantur potius Galli, ut pugnaciores & ad certamina alacriores ſint, ut notum eſt ex Plinio & aliunde; legendum hic potius videtur, leviſſima quidem mutatione, ἀναθρέψαι, *enutrire*, σιτίσαι enim, quod hic ſubſtituebat Stephanus, ut in Notis monetur, nimis longe recedit a priſcis litterarum veſtigiis, licet ſenſu idem valeat. Noſtram vero hanc conjecturam valide ipſe confirmat Heſychius ſupra, pag. 383. in Ἐσκοροδισμένος. Ὅτι παροξύνονται οἱ Ἀλέκτορες πρὸς τὰς μάχας, ὅταν ἐμφάγωσιν τῶν σκορόδων, ubi τὸ ἐμφάγωσιν, tantumdem valet, ac in ſuperiore loco ἀναθρέψαι, ut nemini non paullo humaniori conſtare arbitror.

Pag. 884. Σφακελίσαν, κακωθὲν, καταφθαρὲν,] Videbatur quidem in participio paſſivi vel medii verbi, legi debere σφακελισθὲν; ſed non eſt opus: Participium enim activi σφακελίσαν, idem ſæpius eſt, ac σφακελισθὲν.

Ita

Ita apud Hippocratem, Platonem atque Galenum aliosque occurrit τὸ ὀςῦν σφακελίσαν, hoc eſt, *Os putrefactum* & *Sphacelo corruptum*, quem Platonis Locum laudat hic in Theſauro Stephanus, & ex eo plures minores Lexicographi, ut notum, quare nihil hic mutari debet. Plura vide de hoc verbo apud Dietericum in Jatreo Hippocrat. pag. 1171. & apud Fœſium, in Oeconomia Hipp. p. 363. Σφακελίσαν igitur hic Heſychio idem eſt, ac Σφακελισθὲν, aut Ἐσφακελισμένον, quod monendum hic erat.

Pag. 890. Ταβεὴλ, ἀγαθῦ Θεῦ,] Nemo non, opinor, videt, ex Hebræo hæc eſſe, quaſi טוב־אל, Τοβεὴλ, ἀγαθὸς Θεὸς, ut plura alia apud Noſtrum.

Pag. 907. Τιβδ'αιον, Φίλον.] Henricus Stephanus hic malebat legere, Φοβερὸν, quia mox ſequitur, Τιβδ'εῖ, Φοβεῖται, ſed felicius ad ſenſum; quam ad priſca litterarum veſtigia. Forſan ergo melius legendum hic, Δ'ειλὸν, vel ἄφιλον, aut μὴ Φίλον, vel denique σφηλὸν, quod vid. ſupra, apud Noſtrum, pag. 885. prius tamen Δ'ειλὸν, magis placet.

Ibidem, Τιθαιβώσσειν, βόσκειν, ἐργάζεσθαι, τρέφειν, ἐθήβειν, θησαυρίζειν, ἀγαπᾷν, θορυβεῖν.] Monſtrum vocis hic omnino τὸ ἐθήβειν, univerſæ putem Græciæ prorſus ignotum. Hinc legebat quidam Vir doctus, ἐθίζειν, ſed me quidem judice, parum feliciter, aut huc convenienter. Mihi igitur veriſimillimum videtur, hic legendum eſſe, ἐν θήβῃ

θησαυρίζειν, hoc eſt, *in Theca aut Arcula reponere & recondere*, ſenſu aptiſſimo & huic loco convenientiſſimo, ut ex ſequentibus manifeſto patet. Θήβη enim ſeu Θίβη, nam utroque modo ſcribitur iſta vox, eſt *Theca*, *arcula*, *Scrinium* & *Repoſitorium*, quo Theſauri reconduntur. Noſter ſupra: Θήβη, Κιβώτιον, & paullo poſt, multum adhuc luculentius: Θίβη, πλεκτόν τι κιβωτοειδὲς, ὡς γλωσσοκομεῖον, ſimile apud Suidam & alios Lexicographos. Deſcendit vero haud dubie iſta vox ab Hebræo vel Syriaco תבה *Theba, Arca*, *Ciſtula*, ut & recte obſervarunt Caſaubonus, ad Athen. Lib. IV, cap. 2. pag. 245. Fungerus ad laudatum Heſychii locum, pag. 441. item Bernardus, in Anecdotis Græcis Wolfianis, Tom. IV. pag. 252. ut alios plures taceam. Legendum ergo dictis ex cauſſis omnino videtur hic, ἐν Θήβῃ θησαυρίζειν, deleto Commate, pro ἐθήβειν, θησαυρίζειν, niſi quis legere malit ἐνθήβειν, verbo ἀπὸ τῆς θήβης deflexo, ſed hactenus, quantum ego quidem ſciam, nec audito, nec lecto, quare valeat levis hæc conjectura. Turbat tamen me non nihil adhuc verbum poſtremum θορυβεῖν, quod hic ægre locum habere videtur, quia modo præceſſit τὸ ἀγαπᾶν, cum aliis verbis alius prorſus ſignificationis. Scribendum ergo forſan, Κορθύειν, aut Κορθύνειν, h. e. *coacervare*, aut *accumulare*, aut θυρωρεῖν, *cuſtodire*, *aſſervare*, *vigilare*, aut denique φορβεῖν, ſive φέρβειν, *paſcere*, *cibare*, quæ omnia egregie quidem huc facere

facere videntur ad verba : ἐν θήβῃ Ϟηταυρί-ζειν, & ad τιθέναι τῆν Βόσιν, τυτέςι τὴν τρο-φὴν, uti mox ſequitur in ipſo Contextu : Interim tamen nihil temere ſtatuo, aut audacter adfirmo ; judicet ipſe & meliora adferat, ſi placet, Lector eruditus.

Pag. 920. Τρόμος, Ἐυλάβεια, δέος, Φυγὴ.] Fugandum hic videtur utique τὸ Φυγὴ, & reducendum ejus loco potius, Φρίκη, hoc eſt *Tremor*, *Timor*, *Terror*, ut notum. Ipſe Noſter infra clariſſime, pag. 959. Φρίκη, ψύχος, τρόμος, item Suidas, Φρίκη, τρόμος, ἀλμός. Frequentiſſimum autem in Heſychio lapſum eſſe inter Φυγὴν & Φρίκην, Φρίσσειν & Φυγεῖν, πεφρικότα & πεφυγότα, obſervavimus jam ſupra, & in Obſervationibus Criticis noſtris, pag. 492.

Pag. 921. Τροφαλλίς, τυρὸς μακρός.] Nihil huc illud μακρός ; Legendum potius, μαλακὸς, aut τακερὸς, aut νεαρός. Vid. Noſter in Τράφαλλος, & in Τρυφαλίδες, item Athenæus & Euſtathius.

Pag. 931. Ὕπαφρον, ὑπαχαιοὶ ὀνομαςικόν.] Legendum hic ὑπ' Ἀχαιῦ, cujus Auctoris crebra apud Noſtrum mentio, ut ex Indice Pricæano uberius patet.

Pag. 934. Ὑπερωπηδῶν, ὑπεροροῶν.] Vitium hic eſt, quod Salmaſius quærebat in ὑπερωπηδῶν, hincque legebat, ὑπεριδών, perperam omnino : quærendum enim illud potius erat in ὑπεροροῶν, atque hinc ſcribendum, ὑπερθορῶν, ut alibi jam monuimus.

 Noſter

Noſter ſupra: ἐκθορῶν, ἐκπηδῶν, & θορεῖν, πηδῆσαι, ὁρμῆσαι, eadem habent Suidas, Phavorinus & alii.

Pag. 944. Φαλαρὸς, φαλιὸς, φαλακρὸς, λευκομέτωπος, λευκὸς καὶ φαλέον.] Vix dubium, quin hæc poſtrema calva & incomta, verbo depravata ſint: quare legendum utique mihi videtur, λευκοκέφαλος, præceſſit enim λευκομέτωπος, cujus ſynonymon eſt λευκοκέφαλος, ita Noſter ſupra, pag. 596. Λευκόκρας, λευκοκέφαλος. Sed poſſet etiam pari ſenſu ſatis commode legi, λευκὸς κεφάλιον, aut κεφάλαιον, aut κεφαλὴν, conſueta Græcis ellipſi, magis tamen placet, ut pro verbis λευκὸς καὶ φαλεόν, legamus potius unica voce, λευκοκέφαλος, ut modo oſtendimus.

Pag. 959. Φρίξας, εὐλόφῳ σηκώματι, ἀντὶ ἀναφὺς ἄρτιος.] Turpiſſimis hæc mendis adeo uſque inquinata ſunt, ut φρίξαι fere faciant Lectores. Salmaſius ergo εὐλόφῳ σκηνώματι, legebat, haud male; Gujetus autem pro verbis ἀναφὺς ἄρτιος, ſubſtituebat ἀναςὰς ὄρθιος, etiam non infeliciter prorſus, ut mox apparebit. Nobis tamen ita Locus conſtituendus videtur; Φρίξας εὐλόφῳ τριχώματι, ἀντὶ ἀναφρίσσει vel ἀναφρίσσων ὄρθιος, ſequitur enim mox: Φρῖξαν ἔθειραν, ὀρθὴν ἔςησαν τὴν τρίχα, item Φριξολόφος, ὀρθοχαίτης, quo & inprimis pertinet illud Heſiodeum in ſcuto Herculis: Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρὴν, unde noſtra conjectura de voce τριχώματι, pro σηκώματι, haud

haud parum confirmatur. Quod ſi tamen hæc præter ſpem, non ſatis placuerint, legendum etiam faciliore adhuc opera: φρίξας ἐφ᾽ ὅλῳ σκηνώματι vel σώματι, ἀντὶ ἀναςρίσσων ἄρτιος, vel ἀρτίως, hoc eſt, *qui toto corpore tremit*, *perfecte & ex omni parte tremit*, ſenſu admodum perſpicuo & luculento. Ceterum σκήνωμα & σκῆνος, eleganter de corpore humano, animæ quaſi domicilio & tabernaculo, dici notiſſimum eſt vel ex ſacro novo Fœdere, ejusque Epiſtola inprimis Petrina II, cap. I, 13. & aliunde, qua de re quondam uberius diximus in Specimine noſtro Hippocratico, pag. 19.

Pag. 961. Φυλέτης, ἐκ τῆς Φυλῆς, ὅ ἐςιν ὁμόψυχος.] Legendum hic cenſebat Stephanus, ὁμόφυλος, non male; niſi quis potius legendum putet ὁμόψηφος, quod accuratius adhuc reſpondet τῷ ὁμόψυχος, nihil tamen temere adfirmo.

Pag. 963. Φώτιγξ, αὐγὴ, σύριγξ, φλόγιος αὐλὸς.] Legendum forſan melius hic fuerit, κραυγὴ, ſequitur enim σύριγξ, & πλάγιος αὐλὸς, ut perquam ingenioſe emendabat quondam Gujetus. Interim tamen nihil ego hic audacter nimis aſſevero. Poteſt enim vox iſta φώτιγξ, ἀπὸ τοῦ φωτὸς ſive a *lumine*, ſatis commode derivari, adeo ut hac ex ratione idem quoque eſſe poſſit ac αὐγὴ, ſive *ſplendor*; ipſe judicet Lector.

Pag. 964. Φωτολόγιον, τυφλὸν, νεκρὸν.] Legendum forſan melius hic φωτολοιγὸν, aut φωτολοίγιον, ut ἀνδρολοιγὸν, βροτολοιγὸν, & ſimilia,

quæ paſſim apud Homerum, Euripidem & alios occurrunt, nempe ἀπὸ τῦ λοιγῦ, ſeu à *pernicie*, ut notum. Noſter ſupra pag. 606. λοίγια, ὀλέθρια, λοίγιον, ὀλέθριον, ἐπίφθορον, θανατηφόρον. Φωτολοιγὸν igitur & *luce caſſum* ſignificat & *Vita orbum*, ſive *mortuum*, nempe τυφλὸν καὶ νεκρόν. Φῶς enim *lumen* ſignificat, ut notum, & φώς, *virum*, ſeu *hominem*, mox enim Noſter, φωτῶν, ἀνδρῶν, φωτὸς, ἀνδρὸς, in quo ſignificatu ſæpiſſime apud Homerum, Heſiodum & alios poetas frequentiſſime occurrit.

Pag. 966. Χαμῶνας, ςεάρ, ἢ τὰ ἐκ ςέατος τικτόμενα.] Τεγγόμενα, vel τηκόμενα, legit hic Palmerius; Sopingius autem ὀπτώμενα; Neuter male; melius tamen Palmerius. Mihi autem legendum potius videtur, τευχόμενα, ſenſu eleganti & perſpicuo. Noſter ſupra, Τεύχοντες, κατασκευάζοντες, & τεύχω, κατασκευάζω. Τευχόμενα ergo τὰ ἐσκευασμένα, *præparata*, *confecta*, *elaborata*, ut notum. Niſi quis legere malit πηκτέμενα.

Pag. 967. Χανεῖ, φυλάσσει,] Legendum potius videtur φλυάσσει: ita ſupra confuſa pariter erant φλύακες ac φύλακες, facillimo litterarum lapſu.

Ibidem, Χαρακίζειν, σπαίρειν, μετεωρίζειν, διαιρεῖν.] Pro σπαίρειν, legendum potius hic videtur ἐπαίρειν, quia ſequitur mox μετεωρίζειν, licet & alterum rectum eſſe crediderim.

Pag. 980. Χυμῶν, πηγμάτων ὑγρῶν.] Nihil ſane huc facere videntur πήγματα. Quare vir

vir doctus legebat τηγμάτων, aut ψηγμάτων, quorum prius, quantum mihi quidem conſtat, græcum non eſt, alterum vero nihil huc facit. Hinc Salmaſius malebat, χυμὸς, πέμμα τῶν ὑγρῶν, aliquanto melius. Mihi autem legendum potius videtur: Χυμῶν, γευμάτων ὑγρῶν, ſenſu claro. Noſter ſupra: γεῦμα, ἔδεσμα. Vid. Pollux, Lib. II. cap. 4. Segm. 110. & Athenæus Lib. IX, cap. 7. pag. 380.

Pag. 981. Χῶνος, βουνὸς, τόπος, βόθυνος.] Legendum hic putem non τόπος, ſed potius λόφος, & pro βόθυνος, θίνος, aut βουθίνος; nihil tamen hic moveo, nam & ſupra βόθυνος adfuit in Κοσώλυφος, eodem ac hic ſenſu. Conf. Obſervat. noſtr. crit. p. 492.

Pag. 985. Ψόγξαι, ἀκοῦσαι,] Malim, ſi liceat, legere hic potius, ἀγανακτῆσαι, quod fere ex antecedentibus confirmatur. Sed ipſe judicet æquus Lector.

Pag. 987. Ψώϊζος, ἄφοδος ὑγρὰ ἢ νόθος.] Νόθον hic omnino illud videtur Νόθος: quare Martinius legebat quondam νόσος, non male: Mallem tamen legere, ἢ νότιος, *aut humida*, ſenſu convenientiſſimo.

Pag. 988. Ὠδδάξατο, ἐδίδαξεν.] Mendum in poſtrema voce, quod emendandum videtur per ἔδηξεν, *momordit.* Sopingius legebat ἔδακνον, ab eodem verbo; ſed noſtra lectio verior & concinnior videtur, niſi fallor.

Pag. 989. Ὠκέες στρουθοὶ, ταχεῖς, εὐπρεπεῖς, κοῦφοι.] Non ſatis hic εὐπρεπὴς τὸ εὐπρε-

πρεπεῖς, ut ex adjectis ſynonymis patet. Quare forſan legendum εὐπετεῖς, *expediti*, *celeres*, poſſet & legi, εὔπτεροι, *bene alati*, vel εὐτρεπεῖς, *parati*, *promti*, magis tamen placet prius εὐπρεπεῖς, quod verum puto, Lectorum pace.

Pag. 991. Ὢν, ὑπάρχων, ἢ ὄντων,] Forſan legendum hic fuerit ὄντως, quod per ἀληθῶς ſupra recte exponit Noſter. Idem vero hic reſpexiſſe potiſſimum videtur ad ſolennem in Novi Fœderis Libris formulam, qua ſupremus Deus ὁ ὢν, idem ὁ ὄντως Θεὸς inſigni cum emphaſi appellari ſolet, ut ſacrarum litterarum cultoribus notiſſimum. Ipſe Noſter ſupra, pag. 718. Ὁ ὢν Θεός, ἀεὶ ζῶν, ὑπάρχων, quæ huc apprime faciunt.

Pag. 991. Ὡραίοις, καιροῖς.] Legebat hic Salmaſius, ὥραις: Sed me quidem judice, poſterior potius vox unica inſerta litera, emendanda atque ſcribenda erat, καιρίοις, ſicuti mox, ὡραῖον, καίριον. Sed hæc ex omnibus fere Lexicis nota, atque hinc vix moneri digna.

Ibidem, Ὀρίζει, ὑπνοῖ, ὁμιλεῖ, φροντίζει, μεριμνᾷ, ἀδολεσχεῖ.] Malim hic legere ὑπονοεῖ, quod ex ſequentibus, φροντίζει, μεριμνᾷ &c. aliquo modo confirmari poſſe videtur. Ipſe tamen hic judicet Lector.

Ibidem, Ὡροβισμένοι, κεχορτασμένοι ἀπὸ τῶν βοῶν.] Ἀπὸ τῶν ὀρόβων hic potius legit Sopingius, felici ſane conjectura; forte tamen nihilo pejus legi quoque hic poſſet, ἀπὸ τῶν Ποῶν, *ab herbis*, ſeu *oleribus* & *fru-*

ctibus

ſtibus herbaceis. Facillimus enim lapſus eſt inter *βοῶν*, & *ποῶν*, ut ad oculum patet.

Pag. 446. Ὠσὶν, ὠτίοις, ἀκοαῖς, ὤτ‌ιοις.] Tollendum utique videtur poſtremum ὠτίοις, ceu ſuperfluum & minus neceſſarium, tavtologumque, quoniam jam præceſſit ὠτίοις. Vel legendum, quod magis placet, ὑατίοις, h. e. *extremis*, *imis*, quod non de auribus ſolum, ſed de quibuſvis etiam extremitatibus aliis dici ſolet, ut notum: ſic *ima auricula*, lepide quondam dixit Catullus, ut alia jam taceam. Niſi legendum potius fuerit, ὁρίοις, *terminis*, *extremitatibus*, *finibus*, *oris ſummis*, ſenſu æque commodo: Verum penes Lectores æquos ſit arbitrium. Sed de his nunc hactenus in Heſychio γεύματος ſaltim χάριν. Ulterius progreſſurum cohibet me ſpatium huic opellæ deſtinatum jamjam præter opinionem totum occupatum. Enimvero

Superſunt mihi, quæ ſcribam, ſed parco ſciens:
Primum, eſſe ne Tibi videar moleſtior,
Verum animo ſatis hæc veſtigia parva ſagaci
Sint, per quæ poſſis cognoſcere cetera Tute,

(**)

ADDEN-

ADDENDA.

HÆc omnia jam typis deſcripta erant, quum Chalcographi ſignificarent, chartæ ſpatium adhuc ſupereſſe, materiam vero defeciſſe. Ne igitur illud prorſus vacuum relinqueretur, ſequentia ex eodem Heſychio adjicere viſum fuit, quæ ſuis locis, ad quæ pertinent, commode inſeri poterunt. Tu Lector, & his ſubitaneis utere fruereque pro lubitu, Noſtriſque conatibus in Tua commoda hactenus ſuſceptis, & in poſterum Deo volente, ſuſcipiendis, favere perge!

Heſych. Edit. Schrevel. Pag. 270. Δοχμία, πλάγια, λοξά, κεκαυμένα.] Legendum hic potius, κεκαμμένα, *inflexa*, liquet ex adjectis ſynonymis. Sopingius quidem legebat hic κεκλιμένα, ſenſu certe eodem, ſed non iisdem litteris, quæ magis conſpicuæ inter κεκαμμένα & κεκαυμένα, quam quidem inter κεκλιμένα, ut clare apparet.

Pag. 274. Δυσαναφορικῶς, δυσχόλως ἀναφερόμενος.] Legendum potius Δυσαναφορικὸς, Verum hoc leve & facile obvium.

Pag. 277. Δυςοκία, ἐπὶ κακῷ τῶν καθαρῶν τετοκυῖα.] Scribendum forſan melius καθαρμῶν, καθαρμοὶ enim ſunt *menſtruæ feminarum expurgationes*, quod ex Hippocrate obſervat in Oeconomia Fœſius. Ex illis autem ubi gravidis intempeſtive ſupervenerint, frequenter oriri ſolet δυςοκία, ut Medicis notiſſimum. Sed poteſt etiam de *Incantationibus* & artibus magicis accipi, quibus fœtum immaturum

turum expelli poſſe credebant Veteres, immo & credunt adhuc recentiores, quibus cor non rite ſalit.

Pag. 278. Δώματα, οἶκος, οἰκήματα.] Legendum potius in plurali Numero, οἶκοι, ut quivis ſtatim deprehendit, ſed hoc ſatis leve, & forſan nihil mutandum.

Pag. 281. ἐγγαστρίμυθος, — Φησί δὲ περὶ τοῦ τρόπου τῆς μαντείας καὶ Πλάτων ἐν τῷ σοφιστῇ, τούτων ἡμεῖς πάντων ἣν καλοῦμεν.] Obſcuriſſima hæc poſtrema eſſe atque hinc fere ἐγγαστριμύθῳ ſive Vate, indigere, nemini ignotum fore arbitror, qui Græca modo rite intelligit. Palmerius ergo legebat pro πάντων ἣν, potius παντώνην, *emacem*, quamvis ipſe neſciat, quare *Engaſtrimythus* vocari poſſit *emax*, nec alius quiſquam facile divinaverit. Salmaſius hinc acutius ſubſtituebat πυθώνην, ſive πύθωνα. Plurimum tamen hanc conjecturam a priſcis litterarum veſtigiis adhuc diſcedere, nemo non, opinor, ſtatim deprehendit. Mihi igitur hinc potius legendum videtur: Τοῦτον ἡμεῖς μάντιν νῦν καλοῦμεν, *Hunc nos jam vatem generatim appellamus.* Nempe Ἐγγαστρίμυθος olim ſpeciatim idem erat ac *Ventriloquus* ſive *pectoriloquus*, ſi ita dicere liceat; hodie vero generatim quemvis vatem ſignificat. Clariſſime vero, opinor noſtræ emendationis veſtigia deprehenduntur in verbis depravatis, τούτων ἡμεῖς πάντων ἣν καλοῦμεν, ex quibus quippe nullis adhibitis fidiculis, exit, Τοῦτον ἡμεῖς μάντιν νῦν καλοῦμεν. Quare hæc conjectura plurimum probabilitatis ſecum habere videtur,

niſi

niſi erudito Lectori aliud potius viſum fuerit, cujus æquo arbitrio nos omnia noſtra modeſte ſubjicimus. Conf. Suidas in ἐγγαςρίμυθ@, & Schol. Ariſtophan. ad Veſpas.

Pag. 286. Ἐδέος, Θεσσαλικὸς Θρόνος.] Legendum omnino ἕδος, caſu recto, quæ vox aliquoties occurrit apud Hippocratem Lib. de Articulis, vid. inprimis Fœſius in Oeconomia, voce ἕδος θεσσαλικὸν, pag. 110. & quæ quondam diximus obiter ad Aretæum, pag. 522. Inprimis vero huc facit Erotianus in Gloſſario Hippocratico: ἕδος, θρόνος ἢ δίφρος, εἴρηται δὲ παρὰ τῷ ἐπ' αὐτῷ ἕζεσθαι, μαρτυρεῖ δὲ Ἱπποκράτης, ἐν τῷ περὶ Ἄρθρων λέγων, πάνυ μὴν ἱκανῶς ἔχει καὶ περιμέγα ἕδος Θεσσαλικὸν, ἀντὶ τοῦ, περὶ δίφρον Θεσσαλικόν. Πᾶς γὰρ δίφρος ἀνακλισμὸν ἔχων Θεσσαλικὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται. Simile quoque habet Galenus in Commentariis ad iſtum Hippocratis de Articulis, Librum. Nullum igitur amplius ſupereſt dubium, quin pro corrupto ἐδέος, legendum potius ſit ἕδος, ut diximus & demonſtravimus, inprimis quum mox apud Noſtrum ſequatur, ἕδη, καθέδραι, unde emendatio confirmatur.

Pag. 291. Ἔιλυτο, κατεσκεύαςο,] Legendum potius hic videtur, κατεσκέπαςο, quod manifeſtius adhuc patet ex ſequenti ſynonymo, κατεκεκάλυπτο; κατασκεπάζειν enim idem eſſe ac κατακαλύπτειν, nemini non conſtare arbitror.

Sed de his nunc ſatis.

*** ❦ ***